

*Ver. c. XVII. (32) Gen. XXI. 24. (33) XXVI. 31. (34) XXXI. 54. (35) Exod.
XIV. 9. (36) Jos. II. 12. (37) 1. Sam. XX. 24. (38) Hebr. VI. 16.*

§. 2. Cum itaque constet, Iudeos non planea juramentis abstinere, formulæ, quibus juramenta præstant, indagandæ nobis veniunt. Ante omnia autem inqvirendi & evolvendi hic sunt ipsi fontes, ex quibus quam commodissime tota hæc materia desumi poterit. Nam frustaneus sane illorum labor est, qui ritus Judaicos ex quolibet libro confessionali, precum, idque genus alio colligere, atque ediscere cupiunt, libros vero, maxime huc conduentes, evolvere aut nolunt, aut interdum nequeunt. Qvis autem hac vice alium fontem, si excipiamus scripturam Vet. Novique Testamenti, nobis designare conabitur, quam istud omnium Antiquitatum Judaicarum perfectissimum, Systema, ipsum puta *Talmud*, & quod vicem perpetui commentarii sustinet R. Maimonidis incomparabile opus, יְהוּקָה *Manus fortis* dictum, ex *Ezech. III. 14*. In illo enim peculiarem tractatum de Juramentis *מִסְכַּת שְׁבֻועָה* inscriptum invenimus, qui habetur in *נַזְקִין*, ejusdemque (39). In laudato vero libro *Maimonidis* itidem peculiaris tractatio de hac materia occurrit Part. III. Libri primi, de separationibus agentis, num. 1, qui sicut *מִסְכַּת שְׁבֻועָה* tractatum de juramentis. (40)

(39) De ordine atque inscriptione librorum *Talmud*. vide præ reliquis *Excell. Dn. M. Zach. Grapsum, Virum, ut in omni elegantiori litteratura, ita imprimis etiam in hoc studiorum genere maxime exercitatum, Patronum nostrum, decujus favore singulari merito nobis gratulamur, in Dissert. de Histor. Litteraria Talmudis Babyl. A. 1696. hoc in loco habitus, potissimum Dissert. poster.* (40) totam Operis hujus Oeconomiam prolixe recensuit *Buxtorfius in Biblioth. Rabbin. p. 65. seq. edit. Francq. 1696.*

§. 3. Ex citatis igitur libris discimus, duplicitis potissimum generis esse juramenta Hebraeorum. Aut enim jurabant adjurati prius, vel a judice, vel a quolibet privato, aut jurabant libere absque ulla præcessa adjuratione; Hinc duplex quoque formularum genus enascitur. De juramentis adjuratorum paucissimis primo agendum erit, dein de reliquis.

§. 4. Qualis fuerit processus, si aliquis a Judice in loco publico adjuraretur, & qualis adjurati talis formula fuerit, sat perspicue ostendit *Maimonides*. (41) Ante omnia juranti terror incutiebatur, ut perjurium evitaret, brachio suo tenebat librum legis, & in augmentum erroris adstavtes clamabant: סורו נֵזֶה מִלְאָחֵלִי הָאָנְשִׁים הַרְשָׁעִים (42) הָאֱלֹהָה וְעַל הַגָּעָה בְּכָלְ אֲשֶׁר לְהַסֵּן פָּנָי הַסְּפָר בְּכָל חַטָּאתך Recedite quæso a censoris virorum impiorum horum, nec tangite quic-